

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Diabolus d
cum uariis

Prius conspersionem uniuscuiusque antiquus aduersarius perspicit et tunc temptationis laqueos opponit. Alius namque letis, alius tristibus, alius timidis, alius elatis moribus existit. Quo ergo aduersarius occultus facile capiat, uicinas conspersionibus deceptiones parat. Quia leticie uoluptas iuxta est, letis moribus luxuriam proponit, et quia tristitia in iram facile labitur, tristibus peccatum discordie porrigit. Quia timidi supplicia formidant, pauentibus terrores intentat, et quia elatos extolli laudibus conspicit, eos ad quecumque uoluerint blandis fauoribus trahit. Singulis igitur hominibus uicinis conuenientibus insidiatur.

Gregorius libro XXIX. moralium super illud Iob: Diuiditur estus super terram.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

conspersionem] complexionem (*add. supra lin.*) B C, complectionem P V¹ V² L¹ L²;
antiquus *om.* P V¹ V² L¹ L²; perspicit] prospicit M; timidus] tibi (*cor. intra*) B;
conspersionibus] complectionibus P V¹ V² L¹ L²; leticie] iusticie C; iuxta est,] , proxima L¹
L²; facile *om.* M; extolli] extollit C; insidiatur] insidiantur P V¹; libro *om.* P V¹ V² L¹ L²